



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Vt nomini Mariæ conformemur. 26

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

MARGARITAE EVANG.

Claue rosa sine spinis , tu quam pater in diu-
nis , maiestate sublimauit , & ab omni yæ ser-
uauit.

Maria stella dicta maris, tu a nato illustratis, lu-
ce clara deitatis, qua præfulges cunctis datis.
Gratia plenam te perfecit spiritus sanctus, dum
te fecit, vas diuinæ bonitatis, & totius pietatis.
Dominus tecum miro pacto , verbo in te car-
ne facto, opere trini cōditoris, o quam dulce yæ
amoris.

Benedicta tu in mulieribus , hoc testatur omni-
tribus, cœli dicunt te beatam, super omnes exal-
tatum.

Et benedictus fructus ventris tui, quo nos sem-
per dona frui, per prægustum hic internum, &
post mortem in æternum.

Iesus Christus splendor patris, Deus summe-
iestatis, qui nos amans nos creauit, sanguineque
suo lauit.

Per sua merita & tuam intercessionem hoc de-
tur nobis, o clemens, o pia, o dulcis virgo Ma-
ria.

Qualiter nomen Mariæ in nobis spirituali-
ter habere, & cum Deo in triplici natu-
ritate vniri debeamus. Cap. XXVI.

NVNC igitur o anima mea si vñquam
internæ ac virtuosæ vitæ gratiam adipisci,
& tuum intra te principium sentire vo-
les, attēde & imitare perfectissimam exemplar
& lucidissimum speculum virginis gloriofæ, con-
fiderans qualiter ipsa fæcile intus exterius q̄ habu-
re cōsuevit; & magnū inde suffragium tam in spi-



G:
in diu
væ se
varis, li
atis,
s, dum
eratis,
te car
lceya
omnia
es exal
os sem
um, &
mā m
inequ
nōc de
o Ma
iritali
i nativ
XXVII
inquam
adipil
etire va
mpla
s, con
p, hab
i in sp

L I B E R III.

ritu, q̄ in natura cōsequeris. Quod si et mysticam
quinq̄ nominis ipsius literarum significationem
intrate sentire desideras, segregare prorsus ab o-
mni creatura, sisc̄ introuersa, & extra teipsam
transi in Deum tuum, in intimo spiritus tui, ubi
tres vires superiores vnum sunt, quem ipse De-
us inhabitat, cum quo inibi unus spiritus effice-
ris, agerisque ab ipso, qui est originalis fons, &
dulcis puteus aquarum viuentium, memoriam
fœundans, intellectum illuminans, & volun-
tatem in suo amore inflammans & inebrians;
quiique est nutrimentum spiritus, vita animæ, &
corporis conseruatio sustentatioque. Quod nimi-
rum M. litera significat, que superius clausa ima-
ginem Dei (per quā anima unus cū Deo spiritus
existit) designat. Tres vero in ipsa distinctæ li-
neæ, summae Trinitatis similitudinem signant, se-
cundum quam anima ab ipsa agitur. Porro, A:
litera pauperes nos esse spiritu debere insinuat,
atque nosipso continuæ Deo offerre: quatenus
ita nobis vt i possit creatis, sicut poterat increa-
tis; & in ipso annihilari, & absq; voluntate, abs
que desiderio, absq; opere effici. Per quod acces-
sus iam patet omnipotenti Deo in spiritum, ani-
mam & cor nostrum, ita vt absque impedimen-
to nobilissimum opus suum in nobis operari
possit, in supremis quidem viribus superessen-
tiale ac deificū, in infimis vero morale virtutum
opus. R. vero litera mundos, siue puros nos esse
spiritu debere significat, vt videlicet donis Dei
non pro nostra delectatione, sed pro Dei honore
vtamur. Mundos etiā aīa signat oportere nos esse
ab omni macula peccati. Mundos item & cor-
& corpore ab omni vitiosa affectiōe. I. litera

CC iiiij deuo-

MARGARITAE EVANG

deuotos nos esse debere insinuat, ita vt mentem nostram & omnes animæ vires atq; cor ipsum ad Deum erecta, ipsiq; vnta habeamus. A postremum, omnipotentem Deum principium ad finē omnium operæ nostrorum esse debere significat: q; etiā nosipsi deiformē semp in omni actione nostra intentionem habere debeamus, quatenus eam, q; subditur, triplicem in nobis natuitatem sentire possimus: ad quod sane regitur, ut nudi, liberi et abstracti simus, vtq; vires omnes & nimæ locis suis sint restitutæ, & voluntas, desiderium & intentio nostra Deo in omnibus obediunt, quatenus cum eis valeat operari. Ettunc homo intra seipsum supra omnes vires in valam diuinitatis solitudinem trahitur, & spiritus profundè nimis in diuinam vnitatem immersus totaque hominis essentia, diuina essentia periret. Et tunc æterna in spiritu nostro natuitas agitur.

Diuina ut in spiritu nostro contingat natuitas.

Cap. XXVII.

DEniq; ad hunc fundum purissimū diuina se fere maiestas inclinat, et per potentiam suam seipsum Deus in immensa claritate cognoscit, & præ diuinarum supereffluentia, verbum suum aeternum in isto nobilissimo fundo eloquitur: spiritumque diuini solis claritate sic penetrat, vt omnes inde vires diuinam inclinationem sustineant, & intellectus ab increta luce obfuscetur. Et haec est diuina natuitas, quam prima illa missa designat, que in nocte dominicæ natuitatis celebratur, in qua canitur: Dominus dixit ad me, filium

